



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 1. Siquidem Iudæis hanc Christus proposuit parabolam, nobis tamen loquitur, velut Dauid in morte Saulis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

tauit pulcherrimam, septem circumdedit, qua fructus à latronibus diripiendos tutos saluosque conseruaret, ædes extruxit in habitationem qui vineam curandam sciscitarent, torcular erexit, & cuncta que ad multiplicem essent vindemiam necessaria comparauit. Locauit eam agricolis ea conditione, vt ipsi ex fructibus eius viuentes, pariter & fructum Domino referrent optatissimum. Tempus instat vindemiæ, non adsumt agricolæ, qui fructus referant, mittit pater familias seruos, qui fructus colligant. Illi verò in tantam degenerarunt nequitiam, vt dum perceptionem audirent fructuum, quosdam stipitibus contunderent, alios lapidibus impeterent, alios interimerent. Pater autem familias tanta licet accepta contumelia grauiter offensus, inultus tamen dissimulauit, aliosque remisit famulos illi verò, si priores dure exceperint, durius tamen posteriores. Verè, inquis, omnem hi pudorem exuerunt. Erat autem illi filius aurea pini formosior, omnium bonorum heres ex alle atque. Auertat Deus, ne male hunc quoque excipiant, ne contumeliis afficiant. Filius etenim meus est, mihi vnicus illis Dominus, bonorum meorum heres, illum delegat. Vt autem à longe venientem perceperunt, filiumque cognouerunt, cogunt concilium, & dicunt extra controuersam est, hic vnicus Domini nostri heres agnoscitur, nec alium ipse recipit, si illum occiderimus, herede orbabitur, nostraque fiet hereditas. In necem eius vnanimis conspirant, & quod concluderant, exequuntur: dura nimis eade filium prosterunt perduelles homicidæ.

Ferte nunc ò Principes, sententiam, quod est hoc vestrum de tanto scelere iudicium, quæ censura? Respondent omnes & quidem subtiliter, Res est in confesso, sententia est iniquissima, quam nostra quoque damnamus sententia, iustumque censemus vt pater familias non vulgari reos morte cõdemnet, vineam auferat ingratas, aliis elocet agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis: *Males male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui &c.* Opuma conclusio, iustissima sententia, quam nemo iustus reprehendat. Aduertite verò (precor) vos in propria vestra causa dicere, sententiam, vestrum vos damnare concilium, vestramque sententiam altero ab hinc die contra honorem caputque meum proclamata: vos enim estis agricolæ, vos quibus Deus suam commendauit vineam Ecclesiã, & cælis à vobis occisique seruis eius fidelissimis, prophetis inquam & prædicatoribus,

determinato consilio, mortis in me tulistis sententiam Dei filium, qui fructus missus sum vobis collecturus, Latius rem Christus explicat, illis prælagit, propriam in ipsos retorquendam fore sententiam, citiendos, perdendos, exterminandos, quales hodie Iudæos esse contemnit. Faxit Deus, cum illos à sua amandaret Ecclesia vinea, nosque illorum substituerit Accedebitum fructum referamus, quem si e dubio vberitum referemus, si sua nos ipse gratia consolider, quam mediatrice Virgine Despata, tam saluatio, consequemur. *Aus Maria.*

§. 1. Siquidem Iudæis hanc Christus proposuit parabolam, nobis tamen loquitur, velut Dauid in morte Saulis.

Diuus Augustinus acutissimo intellectus sui acuminis, magis angelico quam humano, præclaram adducit doctrinam, quæ ex Christi parabolis, quas ad Iudæos habuit fructum nobis eliciamus, nobisque profit, quod illis fuit prædicatum; probat etenim, quod licet illas Iudæis proposuerit, quibus eorum & ostenderet, & conuinceret malitiam, iusta pariter ostenderet esse supplicia, ac grauissimas penas, quibus tanti sceleris rei plecterentur, primario tamen ad nos dirigerentur, nos ipse singulariter admoneret conformiter vulgari illi proverbio. (A) Tibi dico, filia, tu capito nurus. Hoc ex D. August. sententia, dixit euidenter Rex Pfaltes, ubi ad litteram de Christo multa prænantur, teste ipso Mattheo, dum recensitis multis parabolis à Christo populo propositis, ait, his omnibus Davidis implese vaticinium: *Aperiam in meum parabolis os meum &c.* Exorditur igitur hunc psalmum David in persona Christi, scilicet quidem verbis longum, at Sacramentis multo sacratio-rem: *Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Quibus loquitur? Nō Iudæis, respondet D. Aug. illos enim iam non vt populum suum agnoscebat: *Non populus meus vos, & ego non ero vester,* ait illis Dominus ex ore vatis Osee præcipit illi quoque, vt tale illi nomen imponat: *Non populus meus, iam enim Dei populus non est, qui eum & negauit, & occidit. Et non erit populus eius, qui eum negaturus est. Quis est eius populus? Gentiles ad fidem vocati nos videlicet qui Christiani sumus, in quibus assentit D. Pan. impletum illud Dei vaticinium: *Vocabo non plebem meam, plebem meam.* Et qua phrasia illis Domine loquitur? *Aperiam in**

paraboli os meum, loquar propositiones ab initio. q.d. Docere vos volo paraboli ore prædicatoris, quibus plurima manifestabo, à Deo ex mundi decreta primordio. Quid igitur dicitur, & num- quid non ludas varia proposuisti similitudinū zingmata? Nemo mihi de factis demonstrat vilis à Christo gentibus propositas esse parabolas: omnes autem ipsis ludais dicitur: verum- tamen ludais illas proponendo gentiles in illis voluit erudire: Et hoc est quod addit L. auid: *Vi cognoscet generatio altera, filij qui nascuntur & exurgunt &c.* Ne sicut sicut patres eorum, generatio prava & ex- sperans generatio que non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.

tibus. Verum quidem esse non auctore, illis hæc omnia contigisse, sed nobis ad mortum instru- ctio: em: *Hæc omnia in figuris contingebant illis.* III. *Scripta sunt autem ad correptionem nostram: ut ex his intelligamus, si tam horrendo Deus illo: uti testate beneficiis ingratos ex cepit supplicio, quid menti nobis timendum, qua nos plecter potest, si tantis ab eo receptis beneficiis arguamur inhumani? cedunt. Quam enim magis crescent collata nobis ce- litus dona, anto, ne dubites, magis crescent in- teris te- stiata supplicia, & qui beneficiis benefica cul- stantenti, mulat, & penas penis superaddet inhumans- se & sup- Si etenim supplicia illa, licet auditu horribilia, plicia non nisi figuram exprahunt, eorum, quibus no- sunt gra- stram plectet ingratitude, sceleraque casti- uota. gabit: quis intellectu comprehendet, aut verbis exponet, quæ sunt illa futura supplicia quæ fi- guræ huius expriment verita: em: quod illud heius vmbra corpus? *Procul dubio sicut in bonis D. Avoy. rebui, multo amplius bonum est in eo quod per fi- guram significatur, quam in ipsa figura, ita & in malis, longe peiora sunt, qua significatur figuris, eum tanta mala sunt, etiam significantes figura: nã sicut terra illa promissionis, quo ille populus duce- batur, in comparatione regni caelorum, nihil est, quo Christianus populus dicitur, ita & pena ille, qua figura fuerunt: cū tam sint atroces, in comparatio- ne panarum, quas significant, nihil sunt. Est tibi præsentis Evangelij parabola: qua Christus li- tem format iuste Iudæorum condemnationis: qui tot tantisque celestibus acceptis beneficiis, mutua vicem non obsequis rependunt ad eū conuersi sed mille prouocant sceleribus, eruciq, condemnant feditiosi. Habes & hic nostræ pro- cessum condemnationis: In figuris contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram: quia & præclariora nobis contulit beneficia, & pluribus donis præsent immerentes. Vineam te plantauit longe diuorem, tu verò conuersus tuus eum sceleribus crucifixis, sanguinem cal- cas, mandata vilipendis, voces negligis, parum est quod fructus non referas vberissimos, & sua- missimos: insuper & tribulos terra ger- minas maledicta.**

11. Noueris inquit, duas esse generationes, vnam malam, peruersam, impudentem, iniquam, exal- perantem, Deo semper infidelem, generationem mancipiorum, seruatorum rebellium. Alteram ve- rō bonam, gratam, fidelem gentem, qua de no- uo exurgit, hæc enim incognitam, populū filio- rum Dei. Quam graphice depingit Iudæorum nationem, quam Christus eadem phrasī descri- bit: *Generatio prava & adultera, signum querit, que Deo numquā fidere voluit incredula, vno- que dato signo, aliud requirit quo Deum gra- uis imitat, cuique prouocat iusticiam, ut alias latius exarauimus. Generatio huic pessima, le- gimi requam suas Christus proposuit parabolas, atamen non illis primario, sed: *Vi cognoscet ge- neratio altera, populū intelligo Christianum, ex gentilibus aggregatum; quos ad viuum ver- bis illis delinca: filij qui nascuntur, & exurgunt, filij Dei qui eius gratia totam superant naturā. Erat prima illa generatio seruatorum, hæc autem filiorum: Nos accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum ad gratiam filio- rum, in quo clamamus: Abba pater, sic D. Paulus. Generatio loquitur seruatorum, ut audiat, ut in- telligat, generatio filiorum: *Vi cognoscet genera- tio altera.***

1. Cor. 10. Quinimo hoc ipsum innuit nobis D. Paul. *Nolo vos ignorare fratres: quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, &c.* Iuxta e hic abscondita à constitutione mundi, de quibus David: *Loquar propositiones ab initio.* Plurima nobis beneficia nostris à Deo præstita maioribus: Dedit illos colitiam nobis per diem et vmbra culum con- tra solis ardores, & ignis per noctem, quo & illuminarentur, & contra nocturna frigora ca- lescerent, sicco transire feci: velligio mare ru- brum, panes pluit de caelo, de petri s eduxit a- gnarum flumina stuentibus. Atamen talis ingratos beneficiis, ignis puniunt reos serpen- Demus manus D. Aug. idemque cum illo sen- tiamus: *Ea continet, qua in veteri populo acta nar- rantur, recentior autem & posterior populus admo- netur ut caueat, ne sit ingratus beneficiis Dei, cui- que in se prouocet iram, cuius obedienter, & Tom. 3. fideliter debet suscipere gratiā, ne sicut sicut patres Rom. cap. eorum, generatio prava & amara: em: Hoc quoque vltim argumento D. Paul. *Vide ergo bonitatem & severitatem Dei, in quibus quidem qui ceciderunt, seueri-**

fil. 7.

11.

11. 37.

1. Cor. 10.

1.

III.

3.

3.

D. Avoy.

In psal.

Tom. 3.

11. 15.

seueri-

IV. Dei contra ludaeos severitas.

severitatem, in te autem bonitas em Dei, si permanseris in bonitate alioquin tu excideris &c. Si enim Deus naturalibus ramis non pepererit, ne forte nec tibi parcat. Admirare, quo Deus illos punia rigore, oblitusque qua Deus te praeveniat & misericordia & bonitate. Ad huius expositionem assumit Apostolus de olea similitudinem: oleam colebat quis electissimam; primum fructus dedit uberrimos, postmodum vero sylvestrum tami, & quod tam diligentis curat, infundit, simo pabula. eod fructus profert deteriores. Stomachatur agricola, accepit aequa ascia ramos praecindit qui denouet exurendos, remanet truncus; ex oleastro ramos excindit, inserit truncos, ut oliuas referat multiplices, suavissimas, turgescentes. In ramos naturales ostenditur severus, qui fructibus fuere steriles, at in oleastri ramos totus miserios, quos truncos inseruit pulcherrimo. Si hi quoque nec oleas germinant, quid acturum arbitraris? Hae omnium est sententia, illos pariter recidat, si etiam prioribus illisque naturalibus ramis non pepererit, sed ob negatos fructus severus excidi, quid acturus est aduentus, quo non excidet rigore peregrinus? Plantavit Deus veterem ecclesiam, syriagozam Iudaeorum, in praecellia illa arbore Abraham, Isaac, & Jacob, ex qua oliua sese in duodecim extendit ramos duodecim tribus Israel fructus erat uberrimus in principio: Quasi viuas in deserto invenit Israel patres vestros, quasi prima poma ficulnea. Quam Deo grati quam eius suaves palato? Verum descivere rami naturales, degenerarunt Iudaei, qui ut eorum filij erant naturales ac legitimi, praecidit illos Deus, discerpit, vagos toto discerpit orbe, circumvenit incerti laris, solis ignibus viles ad comburendum. Gentiles adiecit, velut oleastro in deserto infidelitatis, huius illos inseruit Ecclesiae truncos ut sanctum proferant amabilem Domino, eo sine illis dona sua, gratiamque contulit si peressentem. Si vero hi omnis fructus inventantur vacui, & mentiantur Domino suo opus oliuae, quid censeris a Domino facientum? Nemo dubitat, & illos similiter excidat: Vide severitatem. Heu, quae tanta in ramos naturales diuina severitas, illos excerpit, disperdit eiecit: ut oliuae ramos, in ne deuorandos, quibus nec templum, nec sacrificia, nec legem, nec Sacramentum, nec prophetas, nec Deum integra saluaque dereliquit.

In ps. 72. Optime de his David, ex opinione D. August. Verumtamen propter dolos posuisti eis. Quid illis posuit? Non illud edicet, nec enna verba

tantis malis sufficienter exponendis, quibus illos Deus exagentibus eorum peccatis condempnavit. Praecidit illos ut ramos steriles, infucundos: Heu tantum Deus indignatur, ta. ta ne Deo severitas, quis credat? In te autem Dei collauda bonitatem, te, cum oleaster es infidelis, sylvester, assumpsit, & in ecclesiae suae oliuam incorporavit: *Cum oleaster es, insertus es in vineam oliuam. O magram Dei misericordiam si tamen perseveres si illam cognoscas si gra us illi, si debitis fructibus facundus: quod si non, caue, ne te quoque ut inutilem praecindat; qui namque ramos excide naturales, qui filius non peperit legitimus, progeni orbibus Abraham, Isaac, & Jacob gloriantibus. ponoti te ture recidat, ut peregrinum, de da noniorum erium saltu, de infidelitatis extractum desecto prioris inferendum.*

Hoc optime congruit D. Rabbanj Mauri Archiepiscopi Moguntini consideratio dum noster stes noenias attendit Davidis in morte Saulis: Considera Israel pro his qui mortui sunt, superbi, excelsa tua, inchi tui Isaac super moies tuis interfecti sunt. Sempelco referens. S ulem elegit Deus iuuenem alicuium, agaloniem, nullius fortis, populo suo in regem; Samueli praecipit, in ducem illum vngat; super populum exaltat illum unuerfum. His alii que Dei donis non respondit inobediens. Dei praeepto refractarius, ea de causa solio eum dimouit, exiit corona priuauitque imperio: quocirca in eum arma lumun: Philisthin, admovent copias, circumstant legionibus, ipsi in autem, totumque populum corde lamentabili, in montibus Gelboe peremerunt. Tristem audit David euentum stragemiratur, casum exhorrescit. Sicine: Saul unctus oleo, sic ne regia boboles, sicine principes in clyti, fato occubere mulerando? Ad populum Dauid conuersus, eos ad lamentum tristisque praecitatus adhoratur: Considera Israel pro his qui mortui sunt, &c. Hoc tibi persuade ait Rabbanus, tecum Dauidem loqui, qui ob hoc te dicit Israel, qui idem & la ob electus per gratiam ad progenitum, reprobatu Esau maiore nato, cui primogenita debeantur. Christus, us, Israel ceniatur, per Dei gratiam electus, ad Dei primogenitum tam reueto populo Iudaeorum, filio primogenito: Falsus meus primogenitus Israel, Israel Christus ane. confitea Saul, populum Iudaeorum Deo electum, unctum honorum, ceteris mundi nationibus celsiorem, super montes terae prostratum, quem ut donis caelestibus ingratum distragam, ac sylvestrem respuit, permisitque

in eam Romani bella mouerent, superarent, subjugarent, omnibus exuerent desiderabilibus templo, lege, mensa, arca, candelabro, sanctuario, sacrorum, sacrificijs, Deo ipso, per mundi cardines, araque dispersum abiectum seruum, & omnium perisema. Cave, ne id te casus obruat, si fructibus Deo non occurras vberioribus, operibusque respondeas illis longè perfectionibus. Hoc Christi nobis hodie significat, ad illos parabola dicitur, ad nos inuenit intentio: *Ve cognoscas generationis alicui.*

perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit. In eorum autem locum vocavit & ad paratas in itas iussit in prias aduenas & peregrinos: qua parabola, vicino diuinus, euentibus nemo Iudaeorum expressit perditionem, quos iam à primævis illorum progenitoribus Abraham, Isaac & Iacob non desinere iuuare ad nuptias, quas Deus filio suo unigenito, cum huiusmodi nostra natura inuenias preparauerat, Porro tempore iam instante, nedum nuptijs illis frui recusarunt, insuper & illas contempserunt, dum Dei filium hominem factum recipere & audire neglexerunt, quem & in cruce inter duos latrones medium extulerunt: qua de causa, & ob id quod in præcedenti de vinea parabola dixerat, seruos nempe suos ab illis recessos, eodem insinuat homicidas: *Homicidas illos.* In cuius sceleris punitionem illis Romanorum in-

Opinantur D. Hieron. & D. August. loc. à D. Mathæo peragi, quod David eadem intentione deposebat, de illis quæ prædixerat: *Scribantur hæc in generatione alicui, & populus qui creabitur hæc in generatione alicui.* Scribat in illa parabola à Christo Iudæis proposita, venturæ generationi, Quæ hæc est illa? scribatur generationi, quæ in Deo sui nominis gloriam decusque procreabit: *Populus qui creabitur*, nos ipsi sumus de quibus Apostolus: *Græcis in Christo Iesu in operibus bonis.* plantati in vinea Domini ut fructibus, bonisque operibus melius quam ipsi, Dei gratiæ donisque respondeamus. Audiamus autem huius parabola: epi ogum, ac Christi conclusionem quæ Iudæos alloquitur: *Tæo dico vobis: quia auferetur de vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Hoc quæso respicere, non satis fuisse Christo hæc in fine parabola: addidisse, sed ad eorum quæ dixerat fecerunt maioremque certitudinem aliam subiicit immediate parabolam (præter eam quam præ manibus habemus, de patre familias qui perdidit delicias operarijs, ablatæque illis vinea, illam alijs elocavit, qui fructum redderet optatissimum: *Dabitur gens facienti fructum eius.* Quia verbis declarauerat se per vineam intelligere regnum Dei, suam felicet hereditatem: *Regnum Dei.* illam inquam subiicit quam refert idem Euangelista, eum eodem titulo, *Regni colorum,* quod ait simile tacitum esse homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, suorum omnium heredi regnorum, multis ad tanti festi- cel- brationem, gaadiumque comocatis: *Similiter factum est regnum colorum, homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* At tanta fuerunt impudentia, & tantaque effrenes iniusticia, vt ad signatam homini vocati, & Regem, & filios, & nuptias designati, iusserint, & venire noluerint, ob quam eorum culpam condigno rex volens plectere fatigatos supplicio, legiones in eos misit multas, tolliminas, vt eos, vberemque corona cingerent, venire tenentes in vincula conijcerent, vberem autem traherent incendio: *Missi exercitibus suis, Hieron. Bapt. de Luitza, Tom. II.*

mittentur, quorum locum Gentiles vocati supple- ue. unt, qui toto mundo errabundi, honore postu sunt nuptiarum. Tu iudex conijce, quid cum illis acturus esse crederetur, si tam acriter in electum suum famat reatque populum? *Ve cognoscas generis alicui.* Nos illa tangunt parabola, nobis loquuntur, nobis in Ecclesia scriptas reliquit. Perpendit Philo Iosephi prudentiam: illum præmiserat Deus iam septemali fame mundum extenuatus, quo sic prudenter cuncta dispeneret, venturæque inedia prospiceret, ne cuncti fame cuncti deficerent, quin potius in columas seruarentur: hoc diuine opus est misericordie, vt plagam iustitæ, prius de præsentissimo cogitauerit remediis: *Vos, casu famem super terram &c. Et misit ante eos virum &c.* Primum duo illa præclarissima somnia ingerit Pharaoni, septem spicarum plenarum, & totidem aridarum: septem quoque pinguium vacuarum, & totidem media macilentarum, explicat illa prudentissimè Ioseph, nempe septem his annos præsignari fertilitatis, qui septem alios præcurrerent sterilitatis. Hoc illi rex imponi muneris, agat Ioseph pro vt negotio iudicari expedire. Imperat ille septem annorum messem superfluentem in manipulos,

VIII. Tanti criminis re graui- ter puniuntur
IX. Genes in coru- vo au- tur lo- cum.
X. Ioseph a pro- uiden- tia cõ- menda- tur.



redactam horreis regijs asservari. *Veni fertilis
 septem annorum, & in manipulos redacta sgetes,
 congregata sunt in horrea Egypti.* Quare Philo,
 huius facti rationem; cui magis congruum vide-
 batur, triticum iam incossum, perum, palea-
 que mundum in horrea recondi potuisse, respon-
 det autem hoc actum fuisse prudentissimè. Pri-
 mò: quia melius triticum adhuc spicis inha-
 rens quam exessum conservatur, est etenim in
 illis velut in loco sibi proprio ac naturali; &
 ipsa, ut nemo negat, arista & palea vi-
 quendam habent triticum conservandi, dum
 sicca sunt, qualis tunc erat, cum toto se-
 ptemio sequenti pluvia non ceciderit. Secun-
 dò: ut illis septem sterilitatis annis, non solum
 hominibus sufficeret triticum ad esum, sed
 etiam palea animalibus.

Tertiò: ad mysterium, quod tota hac per-
 pendimus historia sul limius multò, quam il-
 lud quod Philon occurrat. O tempus summa
 fertilitatis, vita Christi Salvatoris: tempus re-
 missionis peccatorum, donorum, gratiarum, &
 quod prius dicendum erat, doctrinae celestis
 alimentum, de quo illud Isaie meritò proloquimur:

Isa. II.
 9. *Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris*

operibus. Scientia, quæ nos debitam Dei be-
 neficij docet gratitudinem, quid requirat tan-
 torum donorum æquitas, quæ sit nobis ratio-
 ne procedendum, quis modus servandus, ne
 pereamus; sicut ingratos illos novimus Iudæos
 perisse: Ea de causa, celestem doctrinam
 parabolis velut quibusdam arstis, seu manipu-
 lis involvit, ut nos prædicatores boues enan-
 gelici illas eventilemus: quodque namque ver-
 bum spicam refert diuinæ sapientiæ tritico tur-
 gitiæ, quæ nostram nobis exponat aut falua-
 tionem aut perditionem, pariter asserunt si

eandem cum illis ingredimur viam, eundem
 nobis cum illis finem esse sciamus obventurum.
 Notes velim, quando Deus signum vult præ-
 mittere infallibile, illud reduplicat, ut patet
 in somnijs Pharaonis, quæ bina fuerunt, si-
 gnum aiebat Ioseph infallibile. Sic etiam mo-
 do multiplicat parabolis ad vnum omnes colli-
 mantes scopam, quarum prima sit de vineæ lo-
 catione. Litteram in illis tali modo perferute-
 mur, ut pariter in nobis eandem spiritum at-
 tendamus.

§. 2. *Iudæos Christum in propria causa iustis
 eligi, quos suo capite hamo velut Behe-
 mob.*

His suppositis duo Christus prætenit, pri-
 mum, Iudæis ea & quidem terribilia præ-
 nuntiare supplicia, quibus in tanta pacis am-
 ingratitudinis ac rebellionis se sciant esse punien-
 dos. Secundum illudque principale, quæ nobis Chri-
 imminant, si illis sceleribus pares esse conu-
 camur, eaque tanto graviora (teste D. Augustino) In
 quanto præcellit vinbram corpus, & figuram fi-
 guratum. Etenim sicut prima illa serpentem ac
 feruivus supplicia, quibus populi Iudæici mul-
 tavit seditionem, eorum noscitur esse figuræ,
 quibus nos sceleris plectet, si eiusdem criminis
 rei fuisse deprehendamus; ita quoque postrema,
 quibus ab obscuro illo duræque cervicis populo
 pernas sumpsit facti dignissimas, perdiditque
 sceleratissimos, postiores præsignavit poenas,
 quibus aduersus nos pari sceleris notatos, v-
 tur, ac supplicia capiet sempiterna. Deinde sic
 ut illis ob oculos propriam posuit malitiam sub
 similitudine agricolatum & vineæ cultorum,
 ut inde iustam in se colligerent animaduersio-
 nem, ita quoque nostram nobis proponit me-
 ritis peruersitatem in vera eorum persona, qui-
 bus luce clarus nostræ nobis patet æquitas
 animaduersionis. Ita igitur diximus agricole Iu-
 dæis fuere parabola, nobis autem ipsi Iudæi.
 Huc igitur spectat proposita parabola, ut sit velut
 quidam processus in illos à Christo intentatus,
 quem eorum consignat manibus, ut in propria di-
 cant causa sententiam.

Olim priusquam Deus in populum Iudæicum,
 & improbos illos diceret sententiam, ut omnibus
 suppliciorum constaret iustissima ratio, totam uelut
 causam hominum nefariorum tradidit iudicio iustis
 ventilandam, quasi qui hoc agendi modo pro-
 bari vellent sententiæ æquitatem, quam homi-
 nes alicui nocentissimi suo calculo approbarent, Deo
 ut iustissimam. Quodam tempore item intendit
 Israelitis qui non tolerandis suis nequitijs Dei ir-
 ritarunt patientiam, cum in illos pernatum vellet
 proloqui decretum, plures prius, & peregrinas
 cogit nationes, eas autem præ cæteris, quibus
 beneficia populo illi à Deo præstita innotuerant:
 his Ius commendat instrumenta, ut ex eis di-
 iudicent: *Auditam facite in adibus Azoti, & Azoti
 in adibus terra Egypti, & dicite: Congrega-
 mini super montes Samaria, quasi ad concilium
 conue-*